



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Non furtu[m] facies c. 15. & 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

DE SEPTIMO  
Præcepto.

Nou furtum facies. Cap.  
15. & 16.

**F**urtum est \* ablatio iniusta  
rei alienę inuito Domino. Nō  
est sola acceptio, sed ablatio,  
ablatio enim acceptionem, deten-  
tionem, & damnificationē inclu-  
dit. Iniusta, quia si ablatio fiat ioco,  
vel necessitate urgente, vel in  
bonum eius cui res aufertur, vel in  
pœnā, superiore probante, non est  
peccatum, vnde nec filii Israel  
peccauerunt res Aegyptiorum au-  
ferentes, nec si quis quod suum  
est, & sibi debetur auferat, quando

commodè illud iuridicè habere non potest, neque n. cõmittit proprie furtum, nec peccatum. Debet tamen prouidere ne insequatur vel scandalum, aut nocuumentum aliorum, vel ne is à quo rem suam vel quæ sibi debetur ita aufert, iterum restituat, ac denique ne accipiat aliquid ultra id quod ipsi debetur, quo pertinet vt seruus tantum accipiat id de quo conuenit cum Domino, etiã si alioquin illud esset leuius quam quod meritus est, modo tamen Dominus nõ adhibuerit illum ad aliud seruitium, quam ad ea de quibus inter eos conuenerat: Sin vero nullum fuit pactum merces expendi debet ex pretio quod aliis solet dari ob talem famulatum. Furti duæ sunt species, furtum specialiter dictum, & rapina. vtrumque mortale, nisi paruitas materiæ excuset. Notabilis autem quantitas quæ respectu cuiuscun-

que si ei surripiatur, satis est ad peccatum mortale, sunt quatuor lullii, interdum tamen quarta pars vnus satis esset ad peccatum lethale, vt si auferretur à valde paupere. Deinde peccat etiã mortaliter, qui licet rem parui pretii furetur, accessit tamen animo furandi rem quamcũque, reperisset, vt & qui licet parum furetur, scit tamen ex eo secuturum graue aliquod damnum, vel Dominũ priuatum iri magno aliquo commodo, ac denique qui tot res licet paruę quantitatis furatur, vt magnam exæquent siue ab vnico, illa furetur, siue à diuersis saltẽ quando furi in animo est illa omnia furta facere.

*Quid restitutio, & quis ratione rei male accepta restituere teneatur. Cap. 17.*